

securitate conscripsit. Sed enim, cum ratio defensionis huius ordinaretur, quonam modo et secundum quem potissimum statum agi pro Milone oporteret, M. Brutus existimavit κατὰ ἀντίστασιν pro eo esse dicendum, quae a nobis nominatur qualitas compensativa. Hoc enimvero 5 Ciceroni visum est parum salubre, nam maluit ἀντεγκλήματος specie, id est rela . . .

(Desunt VIII paginae.)

§ 7. . . . vestrae quaestionis, videntur ea esse refutanda, quae et in senatu ab inimicis 10 dixit: iam detraxit illi decreto auctoritatem . . . malevolentiae. Et quod addidit statim iactata sunt

non decreta, non statuta, non iudicata, verbo usus est efficaciter ad detrahendum pondus illi senatus- 15 consulto, quo reus gravatur. Post haec etiam significaturus legem Pompeiam

Et in contione ab improbis inquit. Molestum namque fuisset, si a populo adiceret: ab improbis maluit, ut ne illud plebiscitum pro gravissimo 20 ducendum sit, quod improbi et studentes iniuriae conceperunt. Ad extremum tertio gradu in hunc exitum desinit:

Et paulo ante ab accusatoribus.

Omne enim, quod accusatores comminiscuntur, non aequitatis iudicio, sed nocendi proposito moliuntur. Haec 25